Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0002-9

8

1787, 4.

DE

# *VECTIGALIVM IVRE*

IN GENERE,

*IN SPECIE VERO*

DE

# VECTIGALIBVS SVBSIDIARIIS,

*VVLGO*

von

# Wehrzöllen.

P. 134

---

DISSERTATIO IVRIS PVBLICI

QVAM

*ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM ORDINIS CONSENSV*

PRO

PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE CONSEQVENDIS

PVBLICAE ERVDITORVM CENSVRAE

SVBMITTIT AC DEFENDIT

ANTONIVS HOFFMANN,

MOGONVS,

*MENSE AVGVSTI MDCCLXXXVII.*

---

*MOGVNTIAE,*

Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. priu. apud IOANN. IOS. ALEF, hered. HAEFFNER.

KŒN. FRIED. UNIVERS. ZV HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0003-4

*ANTONIUS HOFFMANN*
J. U. L.
SUPREMORUM DICASTERIORUM MOGONORUM ADVOCATUS

# DE
# VECTIGALIUM JURE
IN GENERE
*IN SPECIE VERO*
DE
# VECTIGALIBUS SUBSIDIARIIS
*VULGO*
von
# Wehrzöllen.

*MOGUNTIÆ*, 1787.
SUMPTIBUS PETRI ADOLPHI WINKOPP ET SOCIETATIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0005-6

# REVERENDISSIMO,

ILLVSTRISSIMO ET CLEMENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

# CAROLO THEODORO,

ARCHIEPISCOPATVS ET ELECTORATVS MOGVNTINI

*NEC NON*

EPISCOPATVS WORMATIENSIS

COADIVTORI DIGNISSIMO,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

L. B.

Ad ſupremos doctoratus ex utroque jure honores capeſſendos enitenti mihi lex fuit pro more in Univerſitate noſtra recepto, poſt examen rigoroſum diſſertationem quoque inauguralem publico noſtro academico offerendi. Cum igitur de themate condigno viribusque meis accomodato deliberarem, placuit materia de vectigalibus.

Ad judicium virorum in arte peritorum digna fuit commentatio, quae non tantum intra muros auditorii academici (fatum plurimarum diſſertationum inauguralium noſtrarum) contineretur, ſed et ab aliis non absque fructu legeretur. Praeſenti igi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0009-2

tur ſub titulo publici ſit juris. Si tyrones in jure publico germanico ex ea genuinam de materia vectigalium ſibi adquirerent ideam, vel ſi viri in jurisprudentia praeſtantes ea ſors adducerentur, ad thema hoc in omni ſuo ambitu tractandum atque exhauriendum, unico voto factum eſt ſatis authoris

Ant. Hoffmann.

# REVERENDISSIME,
## ILLVSTRISSIME ET CLEMENTISSIME
# DOMINE!

Non vanitatis, non ambitionis, aut utilitatis privatae ſtudium me impellit, ut hocce ſcriptum meum inſignire audeam praepoſito illuſtri Nomine, quod non minorem orbis literati admirationem et obſeruantiam promeruit, quam Illud amore communi et veneratione proſequuntur ii, qui aliquando futuram in CAROLO

THEO-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0011-9

*THEODORO ſuauisſimum felicis patriae Pa=
trem ſibi gratulantur.*

*Solum ſtudium, meam quoque admirationem ac
obſeruantiam quadamtenus conteſtandi, paremque deuo=
tionis et venerationis affectum ILLI praeſtandi,
quem dilectisſimus noſter immortalis memoriae Prin=*

*ceps*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0012-4

ceps Elector FRIDERICVS CAROLVS IOSEPHVS ſucceſsorem, patriaque mea Principem aliquando habere geſtit, ſolum hoc, inquam, ſtudium mihi eam iniecit cogitationem, ut TIBI, DOMINE CLEMENTISSIME, hasce ſtudiorum meorum primitias auſim ſupplex offerre.

Quodſi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0013-0

Quodſi hoc exiguum ſubmiſſiſſimae deuotionis meae monumentum, quod TIBI, DOMINE CLEMENTISSIME, ſacrum eſſe volo, tam beneuolis oculis reſpicere digneris, quam ſincera eſt haec animi mei ſignificatio, largum ſatis mihi tribuitur praemium opellae, quam forſan in exigua diſſer-

tatione

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0014-6

tatione hac elaboranda collocaui, nec minus iam beatus mihi videor et contentus, quam olim reuera ero, dum ſorte ſub praepotente futuri Principis mei protectione meae tunc patriae incolas ſub glorioſis dilectisſimi CAROLI THEODORI ſui auſpiciis beatos videre mihi contigerit, nec umquam in animo meo in=

*termorietur confidentia, qua, licet mihi ſolum natale vertenti alia obuenerit patria, nullo non tempore ſum futurus.*

REVERENDISSIME,
ILLVSTRISSIME ET CLEMENTISSIME
*DOMINE*

*ſeruorum tuorum infimus,*
ANTONIVS HOFFMANN,
*MOGONVS.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0016-7

# CONSPECTVS DISSERTATIONIS

## DE IVRE VECTIGALIVM IN GENERE, IN SPECIE VERO DE VECTIGALIBVS SVBSIDIARIIS.

A. De iure Vectigalium ſecundum principia communia ſine reſpectu ad ſingularem Reipublicae formam.

1) Quid ſit vectigal et ius exigendi vectigal? §. II.

2) Quodnam ſit fundamentum iuris, vectigal exigendi. §. III.

3) Cui ius hocce competat? . IV.

4) In quo vectigal ab aliis tributorum pariformium ſpeciebus differat? §. V.

B. De iure vectigalium ſecundum principia Imperii noſtri germanici.

1) Quid ſit vectigal, et ius vectigalium? §. I.

2) Cui jus vectigalium juxta principia germanica competat? §. II.

3) Fundamentum juris vectigalium Statibus Imperii germanici competentis. §. III.

4) Hiſtoria juris vectigalium. §. IV.

5) Diviſio vectigalium in primaria et ſubſidiaria. §. V.

C. De vectigalibus ſubſidiariis, et jure, ea inſtituendi.

1) Quid ſit vectigal ſubſidiarium? §. I.

2) Hiſtoria vectigalium ſubſidiariorum.

a) Or-

a) Ortus eorum. §. II. III. et IV.

b) Controverſiae de illis. §. V. VI. et VII.

c) Diſceptatio de iis in conſcribenda Capitulationis caeſareae formula. §. VIII.

d) Controverſiae ulteriores. §. IX. et X.

3) Rationes adverſus vectigalia ſubſidiaria pugnantes. §. XII.

4) Rationes pro vectigalibus ſubſidiariis militantes. §. XIII.

5) Opinio Respondentis. §. XIV.

6) Abuſus circa vectigalia ſubſidiaria. §. XV.

---

DE

# DE
# VECTIGALIVM IVRE IN GENERE,
## IN SPECIE VERO DE VECTIGALIBVS SUBSIDIARIIS,
*VVLGO*
## von Wehrzöllen.

## SECTIO I.
### *DE IVRE VECTIGALIVM SECVNDVM PRINCIPIA COMMVNIA SINE RESPECTV AD SINGVLAREM REIPVBLICAE FORMAM.*

§. I.

Neceſſum eſt, vt ante, quam rei disquiſitio ſuſcipiatur, generales ejus notiones determinentur Primo itaque notionem vectigalis in Sectione I. ſecundum principia iuris publici vniuerſalis, in ſubſequentibus dein iuxta iuris publici germanici principia exhibebo (*a*).

(*a*) Vt omnes ſuperfluas ambages mittam, ad vectigalium definitionem ſtatim tranſeo, quin de etymo vocis *vectigal* (Zoll) laborem. Qui vocabuli huius derivationem ſcire avet, videat

Speidelii Bibliothecam iurid. vniuerſalem Vol. II. ſub voce *Vectigal.* §. I. pag. mihi 1224.

Molin de I. et I. Tom. III. Tr. II. Diſp. 662.

Knipschild de Ciuitatum imperialium iuribus et priuilegiis L. II. C. XVIII. num. 6. et ſeq. pag. m. 431.

Klock de Aerario L. II. C. LXIX. n. 2. pag. m. 763.

## §. II.

### *Quid ſit vectigal, et ius exigendi vectigalis?*

Vectigal (*a*) eſt penſitatio, quae tantum pro licentia, territorium alienum ingrediendi aut transeundi, datur. Hoc itaque vectigal aut a perſonis ſine vel cum reſpectu mercium, quas ſecum deportant, penditur. In primo caſu eſt vectigal perſonale (*b*), in ſecundo autem caſu vectigal mercium. Ius, penſitationem eiusmodi exigendi, conſtituit regale vectigalium.

(*a*) Vocabulum *vectigal* Romanis denotavit quamlibet penſitationem publicam, et unicum fuit vocabulum, quo ſingulae contributiones denotatae fuerunt. Videatur

Doeler Abhandlung von den Regalien, und eben deſſelben Abhandlung von Domainen.

In plerisque autem Rebus publicis eſt pars redituum publicorum, et in ſenſu generali collectis opponitur. Hae a civibus Reipublicae pro ſecuritate publica, vectigalia vero pro vſu dominii Reipublicae penduntur. Vox *vectigal* iterum aut in ſenſu latiſſimo, aut ſtrictiſſimo accipitur; in ſenſu latiſſimo ſumtum denotat penſitationem, quam quilibet tranſiens pro obveniente ſibi commoditate debet praeſtare, e. g. vectigal pro tranſitu pontis, viae, pro tuto commeatu etc. in ſenſu ſtrictiſſimo autem ſignificat penſitationem, quae ſine reſpectu ad commoditatem aut vtilitatem pro mera, per locum quemdam transeundi, permiſſione

ſione praeſtatur. Vectigal in hoc ſenſu acceptum rurſus dividitur in vectigal terreſtre et aquarium, prout aut pro tranſitu terrae aut fluvii exigitur.

(b) Aſſerunt quidem Knipschild et Speidel l. c. vectigal eſſe onus reale, pendique a perſonis nonniſi reſpectu mercium, quas deportant aut deportandas curant; Aſt uſitatum in Germania noſtra Judaeorum vectigal pro tranſitu perſonali manifeſte comprobat vectigal perſonale revera exſiſtere.

## §. III.

### *Quodnam ſit fundamentum iuris, vectigal exigendi?*

Fundamentum iuris vectigalium (a) eſt proprietas ſeu dominium; quivis enim populus cum ſit dominus regionis, quam incolit, omniumque ſitorum in ea montium et fluviorum, illi quoque reſpectu huius ei proprii territorii competit ius excluſivum et illimitatum (b), et nemo ex neceſſitate poteſt poſtulare, ut ſibi licet per ſe innoxius poſſideri iam coepti huius territorii uſus permittatur. Vnde etiam (c) cuilibet genti competit ius abſolutum, omnibus exteris ingreſſum, tranſitum, commorationem, et commercium intra territorii ſui fines prohibendi, aut nonniſi ſub nonnullis determinatis conditionibus penſitationis nummorum aut mercium concedendi.

(a) Circa fundamentum iuris vectigalium diverſas in ſententias abeunt iuris naturalis Doctores. Hugo Grotius in ſuo opere eximio de iure belli et pacis L. II. C. II. §. XIV. pag. m. 201. ait, vectigal de mercibus tranſeuntibus ex nullo alio fundamento exigi poſſe, niſi partim ob praeſtitam mercatoribus ſecuritatem, partim quoque ob caeteras moleſtias et impenſas, quae in parandas et conſervandas vias, in pontes fiunt. Huic ſententiae adſtipulatur Cl. de Vattel in ſeinem Völ-

kerrechte im I Band, I Buch, IX Cap. §. 103. S. 150, der ſogar behauptet, die Erhebung eines Zolles in dem Lande, wo man keine Sorgfalt auf die Wege wende, ſey eine dem natürlichen Völkerrechte zuwiderlaufende Erpreſſung, indem die Theilung der Ländereyen niemanden das Recht des Durchzuges habe benehmen können; daher denn jeder Menſch ſchon von Natur das Recht des Durchzuges habe, und kein Volk könne mit Recht verlangen, daß er ſolches erſt erkauſe.

Hugoni Grotio pariter aſſentitur Tittel in ſeiner Erläuterung des Natur- und Völkerrechts. S. 434.

Heineccius in Praelectionibus ſuis ad Hugonis Grotii L. II. C. II. §. XIV. pag. m. 267 ait: verum fundamentum iuris vectigalium eſſe lucrum, quod exteri ex mercibus per fines reipublicae noſtrae immediate, et non per ambages viarum ad ſe deportatis caperent, unde aequum eſſet, ſi hi tamquam ſubditi temporarii modicam lucri ſui partem Principi cederent.

Cocceius in Grotio illuſtrato Tom. I. L. II. C. II. §. XIV. Not. 6. pag. m. 460 duplex fundamentum iuris vectigalium affert, et quidem 1) vniuerſale ius territoriale, vi cuius quilibet Princeps in commodum reipublicae ſuae leges condere poſſit, quae ſingulos homines, intra fines territorii ſui degentes, obſtringerent. 2) Peculiares apparatus, ac ſumtus, quos paratio, conſervatio, et reparatio viarum, pontiumque, nec non praeſtanda in quoque territorio ſecuritas requireret.

Puffendorf in Tract. ſuo de iure naturae et gentium L. III. C. III. §. VII. pag. m. 273. ait, videri quidem, per iniquum eſſe poſtulatum, ius transitus nonniſi erga certam praeſtationem cuiquam concedere velle; ſed fundamentum poſtulati huius eſſe tum ſumtus in vias reparandas atque conſervandas faciendos, tum etiam aequitatem ipſam, vi cuius respublica quaelibet ſaltem aliquam indemnitatem a mercatoribus peregrinis poſtulare poſſit ob permiſſam iis facultatem, emtas a tertio populo merces per ſuum territorium minoribus brevioris viae ſumtibus transportandi, ex quarum venditione, conſtituto iure ſtapulae, cives ſui lucrum poſſent capere.

Wolf

Wolf in ſuis Inſtitutionibus Iuris naturae et gentium P. IV. C. III. §. 1114. pag. m. 686 inquit, moderatum vectigal pro mercibus transeuntibus ob impenſas, quae pro commoditate transitus earum fierent, exigi poſſe.

Vocabulum *vectigal* ſi latiſſimo in ſenſu accipiatur, fundamentum iuris vectigalium (reparatio nimirum et conſervatio viarum pontiumque, et demum quoque praeſtanda ſecuritas) quod Hugo Grotius cum ſuis omnibus ſectatoribus proponit, firmum omnino eſt. Sin autem vox *vectigal* in ſenſu ſtrictiſſimo ſumatur, aliud omnino nullum concipi poteſt fundamentum, niſi dominium, et id, quod Cl. D. de Vattel aſſerit, pro veritate extra omnem controverſiam poſita nequit admitti. Quamprimum enim populi regiones, quas omnes homines primitus inter ſe communes habebant, tum diviſerant, tum diviſas occuparant, omnis communio reſpectu territoriorum ceſſavit, et quilibet populus nunc eſt dominus diſtrictus in diviſione ſibi attributi et occupati, proin etiam illi competit ius, omnes alios ab vſu (ſeu in transitu, commoratione, ſeu in commercio ſitus ſit) excludendi, nec quisquam conqueri iure poteſt, ſi ſibi vſus erga certam dumtaxat praeſtationem permittatur. Fundamentum, quod Heineccius c. l. affert, pro fundamento iuris vectigalium admitti nequit, cum haec ab ipſo deſignata ſolutio non ſit vectigal, ſed gabellae, eine Waarenlicent oder Impoſt.

(*b*) Scheidemantel in Legibus natural. P. ſpecial. L. IV. Sect. II. Tit. II. pag. m. 447.

Höpfner Naturrecht des einzelnen Menſchen und der Völker. §. CCXVIII, pag. m. 191.

Tittel Einleitung des Natur- und Völkerrechts. S. 460.

Feder Grundſätze des Naturrechtes §. 59. S. 107.

Achenwall in Iure naturae et gentium L. IV. Sect. III. Tit. I. §. CCXXVI. pag. m. 206.

Wolf in Inſtitutionibus iuris nat. et gentium. P. IV. C. IV. §. 1125. pag. m. 691.

(c) Tit.

(c) Tittel a. a. O.

Höpfner a. a. O.

Feder a. a. O.

(*d*) Naturale omnino eſt, vt ei, cui ius, quidquam denegandi, competit, ius quoque competat, denegatum ſub certis conditionibus permittendi.

## §. IV.

### *Cui ius hocce competat?*

Cuique populo, aut potius ei, cui populus poteſtatem ſupremam detulit, ſiue ſit vnus, ſiue ſint plures, ius, has conditiones, in quocumque demum conſiſtant, determinandi, et, ut determinatae rite adimpleantur, diſponendi competat neceſſum eſt.

## §. V.

### *In quo vectigal ab aliis tributorum pariformium ſpeciebus differat?*

Dixi §. II. vectigal (*a*) eſſe ſolutionem, quae tantum pro permiſſione, alienum territorium ingrediendi aut transeundi penderetur, unde ſequitur 1) id non proprie vocari poſſe vectigal, quod pro commodo quodam, quod cuiuis transeunti conceditur, praeſtatur, uti e. g. eſt pecunia pro tranſitu pontis, viae lapidibus ſtratae aut munitae (Chauſſée), et pro ſecuritate commeatus; haec enim ſingulis, qui his fruuntur commodis, non minus exteris, quam indigenis pendenda eſt. 2) Non aliam vectigalis penſionem, quam eam, quae ab exteris indigenisue tantum reſpectu exterarum,

rum, quas important mercium exigitur, nec aliud etiam vectigalium ius, quam tale, quod adverſus exteros exercetur, concipi poſſe.

(a) Vocabulum vectigal hoc loco in ſenſu ſtrictiſſimo accipio, exiſtimans, melius eſſe, ei, quod ſub vectigali in latiſſimo ſenſu accepto intelligitur, aliud nomen tribui.

§. VI.

Longe aliter ſe res habet in noſtro Imperio germanico, vbi regale vectigalium ſingularibus Imperii ſtatibus competit, hique illud non modo contra exteros, ſed et contra Germanos, quin adeo contra ſuosmet ſubditos territoriales exercent.

# SECTIO II.

## *DE IVRE VECTIGALIVM SECVNDVM PRINCIPIA IMPERII NOSTRI GERMANICI.*

### §. I.

*Quid ſit vectigal, et ius vectigalium?*

Vectigal *(a)* ſecundum principia Reipublicae germanicae nihil eſt aliud, niſi penſio pro rebus pecunia aeſtimabilibus aut mercibus ſine reſpectu perſonae, quae tantum pro ſola permiſſione, *(b)* locum quemdam iure, vectigalia exigendi, gaudentem transeundi, iuſta

iuſta proportione in aeſtimando ſeruata (nach einer verhältnißmäßigen Schätzung) exigitur *(c)*. Ius, eiusmodi ſolutionem poſtulandi, germanicum regale vectigalium conſtituit.

*(a)* Spener in iure publ. P. I. L. IX. pag. 258 inquit, vectigal triplicis eſſe generis, vectigal transitus, (Tranſito) conſumtionis, (Conſumo) et vectigal exportationis (Eſito). Vectigal transitus ait ſolui pro importatis mercibus exteris, perque regionem transeuntibus, vectigal conſumtionis pro mercibus, quae intra fines reipublicae diſtrahuntur et conſumuntur, ſiue ſint indigenae, ſiue exoticae: vectigal exportationis autem pro mercibus indigenis ad alienum territorium deportandis. Poſteriores duae ſolutiones non ſunt proprie vectigal, ſed gabellae (Accis, Licent) in quarum exactione Status Imperii minus ligati ſunt, quam in priori ſolutione, quae verum eſt vectigal; ſolaque diſſertationis praeſentis poſthac erit obiectum.

*(b)* Der Herr geheime Juſtitzrath Pütter ſchreibt in ſeinen auserleſenen Rechtsfällen II. Band, S. 453: „Eben darinn beſteht das Weſen eines
„ Zolles, daß derſelbe bloß für die Freyheit, einen gewiſſen Zoll zu paſſiren,
„ bezahlt wird zum Unterſchiede vom Weg= und Brückengelde, das für den
„ Bau und die Erhaltung der Wege und Brücken, imgleichen vom Geleit=
„ gelde, das für die Sicherheit der Straßen, und vom Acciſe, die von der
„ Conſumtion im Lande bezahlt wird, wie denn auch Niederlage und Stapel=
„ gerechtigkeit, vermög deren die Waaren an einem gewiſſen Ort ausgeladen
„ und feil gebothen werden müßen, oder andere Gerechtſame von der Art von
„ der eigentlichen Zollgerechtigkeit leicht zu unterſcheiden ſind.„

(c) Hanc definitionem meam aſſenſu ſuo comprobant Pütter in Inſtitut. Iuris publ. L. VIII. C. I. §. CCCXXXVII. pag. m. 362, et

Selchow in Elementis Iuris publ. Tom. I. P. ſpecial. L. I. C. I. Sect. II. Tit. II. Membr. III. §. CCCLXXI. pag. m. 396.

§. II.

## §. II.

### *Cui ius vectigalium iuxta principia germanica competat?*

Sicut in alia qualibet republica ius vectigalium ſoli ſupremo Imperanti competit: ſic olim quoque penes Imperatores ſolum fuit *(a)*. Soliuariorum Regum germanicorum pietati atque liberalitati tribuenda eſt cauſa, cur hodiernum Imperii noſtri germanici ſupremum caput tamquam Imperator nullos omnino vectigalium reditus percipiat *(b)*, quum contra vix vnum Imperii germanici Statum reperire ſit, qui non in territorio ſuo, quantulumcumque fuerit, vnum telonium, plurave poſſideat.

(*a*) Hoc nonnulli Iuris publici germanici Doctores conantur euincere ex L. 10. D. de Publicanis, cuius haec ſunt verba: " Vectigalia ſine ,, Imperatorum praecepto neque praeſidi, neque curatori, neque cu- ,, riae conſtituere, nec praecedentia reformare, et his vel addere, ,, vel diminuere licet. ,,

Aſt quam parum corpus iuris romani ad formam reipublicae noſtrae germanicae poſſit applicari, multo notius eſt, quam vt peculiari opus ſit disquiſitione; commodius autem e diuerſis Regum germanicorum Capitularibus erui poteſt, veluti ex Regis Pipini Capitulari de A. 755. §. XXVI. apud PETRVM GEORGISCH in Corpore Iuris germanici antiqui. pag. 522. in verbis: " De teloneis vero ſic ordinamus, vt nullus ,, de victualio et de carris, quae absque negotio ſunt, prehendat; ,, et ex Capitulari Caroli M. de A. 779. §. XVIII. apud eumdem pag. 542.: " De teloneis, qui iam antea forbanniti (*aliis*: for- ,, manniti) fuerunt, nemo tollat, (aliis praeſumat) niſi ibi, vbi anti- ,, quo tempore fuerunt; ,, et ex Capitulari II. de A. 805. §. XIII. apud eumdem pag. 699. " De teloneis placet Nobis, vt antiqua et iuſta ,, telonea a negotiatoribus exigantur tam de pontibus, quamque et de



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0027-8

„ nauigiis ſeu mercatis. „ Sic etiam ex Capitulari V. de A. 806. §. XI. pag. 730. “ De teloneis et dispiſcatis, ſicut in alio Capitulari ordinaui- „ mus, teneant, id eſt, vt, vbi antiqua conſuetudo fuit, exigantur, „ et vbi noua fuerint inuecta, deſtruantur. „ Adde Capitulare Ludouicii Pii de A. 819. in princip. §. XVII. apud eumdem pag. 843. „ vt, vbi tempore Aui noſtri Domini Pipini conſuetudo fuit, telo- „ neum dare, ibi et in futurum detur, nam vbi nouiter inceptum eſt, „ vlterius non agatur. „ Et ex Capitulari de A. 823. §. XIX. apud eumdem pag. 880. “ Similiter quoque de iniuſtis teloneis, de qui- „ bus qualiter ab omnibus obſeruandum eſſet, et Capitulis conſti- „ tuimus etc. „

Pro vlteriori argumento etiam hoc loco eſſe poteſt Speculum ſueuicum, in quo haec expreſſa ſunt: ″ Wir verbiethen allen denen, die in „ unſerm Reich ſeint, daß ſie keinen Zoll nehmen ohne unſer Urlaub, und „ wer es darüber thut, der hat unſre Huld nit, u. ſ. w. „ Et §. ſequente ″ Wir ſprechen, daß all Zöll und all Münzen, die im römiſchen „ Reich ſeint, die ſeint eines römiſchen Künigs, und wer ſie will haben, er „ ſei Pfaff, oder Lai, der muß ſie haben von dem römiſchen Reich und von „ dem römiſchen Künig, und wer das nit enthut, der freſelt an dem römiſchen „ Reich. „

Videatur Senckenbergs Corpus iuris allemannici C. XIII. pag. 23. et eiusdem Codex iuris allemannici feudalis C. XVII. pag. 16. ″ Bi- „ ſchoffegut und Vanlehngut ſoll der Künig geben zu Lehen. Alle Biſchöffe „ empfangen von dem Künig Münz und Zoll. „ Und in der weltlichen Re- „ formation Kaiſers Sigismund C. II. num. 3. heißt es: ″ Haben weltliche „ Herren Zoll innen, die ſollen ſie bekennen, daß ſie ihnen Lehenweiſe em- „ pfohlen ſeyn, ſie mögen mit Recht nicht ſprechen, daß ſie ihr ſind. „

Vid. Goldast Conſtit. Imper. f. num. 8. et 350.

(h) Imperatores germanici, qui olim telonia germanica ſoli poſſidebant, hodienum nec vnum amplius habent, ipſisque adeo per leges Imperii prohibitum eſt, noua telonia caeſarea conſtituere, vti id perſpicitur ex nouiſſimae Capitulationis caeſareae Art. VIII. §. I. in verbis: „ auch vor Uns ſelbſt keinen aufrichten, erhöhen, oder prorogiren. ″

§. III.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0028-4

## §. III.

### *Fundamentum iuris vectigalium Statibus Imperii germanici competentis.*

Fundamentum iuris vectigalium Statibus Imperii germanici competentis ſunt conceſſiones caeſareae. Cl. D. Fischer quidem perſuadere conatur *(a)*, Status Imperii germanici regale vectigalium vi ſuperioritatis ſuae territorialis exercere poſſe. Aſt hoc aſſertum tanquam reipublicae noſtrae formae omnino contrarium nemo cordatus germanici iuris publici cultor poteſt ſuſtinere; ſiquidem noſtro etiamnum aeuo, quo ſuperioritas territorialis ad altiſſimum eluctata eſt gradum *(b)*, cuilibet Imperii Statui, qui nouum telonium vult inſtituere, ſiue maior, ſiue minor ſit, elaborandum eſt, vt ab Imperatore literas conceſſionis obtineat, quas ne Imperator quidem amplius impertiri ſolus poteſt *(c)*.

(*a*) In ſeinem Lehrbegriff ſåmtlicher Cameral= und Polizeyrechte. II. Band. V. Buch. II. Hauptſtück. I. Abſchnitt. I. Abſatz. DXC. §. 416. S. und er ſetzt den Grund ſeiner Meinung darinn, daß die Reichsgeſetze, worauf die gegentheilige gegründet iſt, ålter als der weſtpfåliſche Friede, worinn den Reichsſtånden die volle Landeshoheit zugeſichert iſt, ſeyn, mithin denſelbeu derogiret ſey. Ferner ſeyn auch die Zollverordnungen bloße polizeyrechtliche Einſchrånkungen der Ausübung des landesherrlichen Zollregalls.

Cl. Auctor ſententiae Pufendorfii, Leibnitii, et Ludwigii ſuffragari velle videtur; verum quum aſſertiones, quibus fundamentum ſententiae ſuae ſuperſtruunt, iam pridem Gundling in Diſſertatione de ſtatu Germaniae ſub Conrado I. et Heinrico Aucupe, percelebris Abbas Gottwicenſis in Prodromo ſuo Chronici gottwicenſis P. I. L. II. pag. 83., item Struben (im IV. Theil ſeiner Nebenſtunden, XXII. Abhandlung) confutarint, innixam refutatis aſſertationibus eiusmodi ſententiam nihil roboris habere, prorſus exiſtimandum eſt.

Non omnia ſiquidem iura, quae Status Imperii germanici ſub nomine iurium ſuperioritatis territorialis, aut regalium plerumque ſolent exercere, pro ſubſtantialibus ſuperioritatis territorialis partibus reputari poſſunt, quum ab ipſa ſeparari multa valeant, variaque re vera ita ſint comparata, vt ſecundum regulam ea vel plane non, vel ſaltem non abſolute, et pro mero arbitrio, ſed nonniſi vigore et ex praeſcripto priuilegiorum ab Imperatore ſuper iis conceſſorum et impetratorum exercere permittatur. Ad hanc claſſem inter alia praecipue referendum quoque eſt Statibus competens ius vectigalium, quod pro iure ipſi ſuperioritati territoriali inhaerente habitum numquam fuit, neque Imperii Statibus integrum eſt, illud aliter, niſi ex forma priuilegiorum, et obtinentis ab aeuo immemoriali obſeruantiae, ſemper tamen iuxta leges fundamentales, a ſemet ipſis ſuffragantibus ſancitas, exercere. Ita loquuntur Receſſus Imperii, Pax weſtphalica, Capitulationes caeſareae, nec non et ipſi plerique iuris publici Doctores, quin etiam acerrimus competentium Statibus iurium propugnator Henninges in Meditationibus ad inſtrumentum pacis Art. IX. §. I. n. 5. " *Quae iura ex ſuperioritate territoriali fluunt, illis exercendis „ Status non alia, quam ſua, id eſt, propria auctoritate opus habent, „ ſed diuerſa et longe alia eſt vectigalium inſtituendorum ratio. — Et „ ſane mihi nemo ex omnibus, qui de ſuperioritate territoriali ſcrip- „ ſere, notus eſt, cui vel per ſomnium in mentem venerit, ius, habendi „ et exercendi vectigalia, a iure territorii dependere, et in Statuum „ poteſtate eſſe, cum potius omnes vno ore id priuilegiis et conceſſioni- „ bus Imperatorum tribuant."* Veritati huic ipſemet Ludewig nequit obluctari, quum aduerſus propoſitam a ſe ſententiam, ius vectigalium ex ſuperioritate territoriali fluere, in ſuo ad Bullam auream Commentario Tom. I. pag. 881. cogatur fateri, hoc non amplius locum habere, ex quo in Capitulatione caeſarea diſerte cautum eſt, vt ſine Imperatoris et Electorum conſenſu nec noua vectigalia inſtituantur, nec vetera intendantur. Quaenam iura ad ſuperioritatem territorialem pertineant, nec ne, copioſius ediſſeruit Cl. Putter in ſeinen Beyträgen zu dem deutſchen Staats- und Fürſtenrecht, P. I. n. 11. S. 186.

(*b*) In

(b) In Inſtrumento Pacis Osnabrug. Art. VIII. §. II. in verbis: Gaudeant ſine contradictione iure ſuffragii etc.

(c) Wahlcapitulation Joſephs des Zweyten Art. VIII. §. I. „Wir ſollen „ und wollen auch, inſonderheit dieweil die teutſche Nation, und das heilige „ römiſche Reich zu Waſſer und zu Land zum höchſten damit beſchwert, nun „ hinfüro . . . keinen Zoll von neuem geben, noch einige alte erhöhen, oder „ prorogiren.

„ §. II. Es ſeye dann nicht allein mit aller und jeder Kurfürſten Wiſſen „ und Willen, Zulaſſen, und Collegial-Rath durch einhelligen Schluß alſo „ in dieſem Stück verfahren, daß keines Kurfürſten Widerrede oder Diſſens „ dargegen, und dergeſtalt alle und iede in Dero Collegial-Stimmen ein- „ müthig ſeyen, maßen diesfalls die Maiora nicht zu attendiren, und ohne „ die vnanimia zu Stande zu bringen.

„ §. III. Sondern auch die Intereſſirte benachbarte Creys und beſonders „ derienige, in welchem der neue Zoll aufgerichtet, oder ein alter erhöhet, „ transferiret, prorogiret, oder perpetuiret werden will, darüber gehöret, „ deren darwider habende Bedenken, und Beſchwerden von Uns und denen „ geſamten Kurfürſten gebührend erwogen, und nach befundener Billigkeit „ beobachtet werden.

„ §. X. Auch nicht geſtatten, daß hinführo iemand de facto und eigenes „ Vornehmens neue Zölle anſtellen, für ſich dieſelbe verlegen, erhöhen, oder „ ſich deren gebrauchen, und annehmen möge. „

## §. IV.

### *Hiſtoria iuris vectigalium.*

Quemadmodum in quauis republica natio, aut potius ſupremus Princeps nationis, habet ius, exteris nonniſi erga determinatum vectigal aditum aut tranſitum per proprium nationi territorium (a) concedendi: ſic antiquiſſimis etiam temporibus ſupremum

mum reipublicae germanicae caput habebat ius, contra exteros noua vectigalia pro arbitrio inſtituendi, ea intendendi, et pro re nata iterum abolendi *(b)*; nec minime dubium eſt, primos Germanorum Reges, et praeſertim Carolum M. ad hunc modum competente ſibi hoc vectigalium iure vſos fuiſſe *(c)*. Nihilominus antiquiſſimae iam chartae docent, Reges Germanorum ſui huius quaeſtuoſi vectigalium regalis prodigos fuiſſe, illudque ex immodico pietatis ſtudio priuis corporibus piis dilargitos eſſe *(d)*. Subſequente tempore ſeculares quoque Imperii germanici ſtatus iura tam quaeſtuoſa ſibi ſtudebant adquirere, nec multa ipſis opus erat opera, vt ſuper eiusmodi iure literas conceſſionis ab Imperatore impetrarent *(e)*. Summi reipublicae germanicae Imperantes ius hoc imperatoriae Maieſtati competens magis prodigere paullatim coeperunt, illud, vt ſuam intentionem aſſequerentur, iam priuis Imperii Statibus oppignerantes *(f)*. Subſequentibus medii aeui temporibus demum natum eſt bellum omnium contra omnes, ita vt ſtatus contra ſtatum nonniſi iure gentium ageret; quisque terrae ſuae germanicae fines pro territorio clauſo reputans intra illos pro arbitrio ſuo telonia inſtituit, hocque per longum ſatis tempus continuatum eſt, vnde et accidiſſe videtur, vt Germania noſtra tot inſignibus naturae donis inſtructa tam frequentibus commercio damnoſis vectigalibus ſit praegrauata.

Vsque ad A. 1281 conceſſiones caeſareae pro iuſto vectigalium titulo habita fuerunt. Aſt Rudolphus Habsburgicus nullum vectigal in poſterum valere voluit, niſi conſenſu Electorum accedente muniretur *(g)*. Status igitur tam queſtuoſum regale vectigalium poſt id tempus ambientes literas conſenſus electoralis indices

dices (kurfürſtliche Willenbriefe) petierunt, quas etiam ſine ingenti difficultate impetrare potuerunt, et plerumque impetrarunt. Quin etiam haec ratio, vectigalium priuilegia impertiendi, aetate recentiori multo arctioribus circumſcripta eſt limitibus, quum A. 1711 ſanciretur, vt praeter vnanimia Electorum vota inſuper Status Circuli finitimi audirentur *(h)*. Praeclare omnino conſtitutiones! aſt maxime dolendum, iuſto ſerius ſerias, promouendae in Germania mercaturae, cui iam ipſa fauet natura maxime ſalutares cogitationes fuiſſe ſusceptas.

(*a*) Videatur Diſſ. praeſentis Sectio I. §. III. et IV.

(*b*) Itidem Sectio II. §. II.

(c) Friedrichs von Weſſel Abhandlung von den Zöllen. I. Abſchnitt. IV. §. S. 47.

(*d*) Pfeffinger in ſuo Vitriario illuſtrato Tom. III. Tit. IV. §. VI. not. 4. pag. m. 486. exempla donationum eiusmodi a Sigeberto II. iam factarum profert, et ſubſequentia ſingula percenſet ſecula, in quibus frequentiſſimae huius generis donationes contigerunt.

(*e*) Turbulenta tempeſtate illa, qua Imperatores, et praecipue Henricus IV. et V. diuturnam cum Pontificibus controuerſiam de Epiſcoporum denominatione eorumque per baculum et annulum inueſtitura habuerunt, ſupremi Reipublicae germanicae Imperantes viderunt impoſitam ſibi neceſſitatem Imperii ſui germanici ordinibus conniuendi, ſubliminora ſi iura ſibi arrogarent, quam anteceſſores in Imperio Auguſti largiti fuerant. Eo etiam aeuo eueniſſe videtur, vt Imperii germanici ſtatus noua vectigalia auctoritate propria inſtituere inciperent, nihilo tamen minus id raro contigit ſine Imperatoris conſenſu, nec etiam ſtatus Imperii tum ipſimet exiſtimarunt, ſibi eſſe poteſtatem, noua, Imperatore non conſentiente, telonia inſtituendi. Rei fidem facit documentum, quod Lünig in ſuo ſpicilegio eccleſiaſt. P. II. C. X. pag. 416. nobis exhibet his conceptum verbis: " *Conſtitutus igitur in* „ *praeſen-*

„ *praeſentia noſtra in ſolenni curia apud Auguſtam in multorum ho-*
„ *minum et aliorum principum praeſentia dilectus fidelis noſter Fride-*
„ *ricus tridentinus Epiſcopus quaeſiuit in ſententia . . . ſi aliquis*
„ *ſine regia licentia nouum poſſit inſtituere telonium,*
„ *et data eſt ſuper hoc ſententia, quod nullo modo hoc fieri*
„ *poſſit et debeat, et ſi factum fuerit, irritum ſit et*
„ *inane.*"

(*f*) Carolus IV. Wenceslaum filium ſuum tamquam Regem Romanorum conatus eſt obtrudere, proque ſuo cuique ſuffragio tonnam auri pollicitus fuit, cumque ſex auri tonnae non ſtatim praeſto eſſent, ſolutionis loco Principibus electoribus bona Imperii aſſignauit, ipſisque ceſſit quaeſtuoſiſſima Imperii vectigalia et civitates. Videatur Koehleri Hiſtoria Imperii pag. 317. et Pvffendorfii Hiſtoria Imperii germanici L. IV.

(g) Rudolphus Habsburgicus eſt verus auctor obſeruantiae, vt negotia maioris momenti, ad quae conſenſus Imperii alias non requirebatur, ſine Principum electorum conſenſu non ſuſciperentur. Rei huius documentum nobis praebet Lünig in Archivo Imperii Part. gener. Conl. II. pag. 183., cuius haec ſunt verba: " Nos *Rudolphus Dei*
„ *gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus tenore praeſentium profi-*
„ *temur et publice proteſtamur, quod Nobis pro tribunali ſedentibus*
„ *in ſolemni curia noſtra apud Nurenberg omnium principum, nobi-*
„ *lium, ac aliorum fidelium noſtrorum, qui fuere praeſentes, applau-*
„ *dente conſenſu, quod omnia donata, confirmata, ſeu facta quomodo*
„ *cunque alio, de rebus vel bonis Imperii per quondam Richardum*
„ *Regem illuſtrem aut praedeceſſores ſuos in Romano Imperio a tem-*
„ *pore quo lata fuerat in olim Fridericum II. depoſitionis*
„ *ſententia nullius habere debeant roboris firmitatem,*
„ *niſi conſenſu maioris partis principum in electione*
„ *Romani Regis vocem habentium fuerint approbata,*
„ *in cuius rei teſtimonium praeſens ſcriptum conſcribi fecimus et Ma-*
„ *ieſtatis noſtrae Sigillo iuſſimus communiri. Datum in Nurenberg*

„ *V.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0034-7

„ *V. Idus Auguſti, Indictione IX. Anno Domini* 1281, *regni vero*
„ *noſtri Anno VIII.*

(*h*) Wahl-Capitulation Kaiſers Karl des VI. vom J. 1711. Art. VIII. in verbis: " Wir ſollen und wollen auch inſonderheit dieweil . . . keinen „ Zoll von neuem geben, noch einige alte erhöhen, oder prorogiren laſſen, „ auch vor Uns ſelbſt keinen aufrichten oder prorogiren, es ſeye dann nicht „ allein mit aller und ieder Churfürſten Wiſſen und Willen . . . maßen dies- „ falls die Maiora nicht zu attendiren, und ohne die vnanimia nicht zu „ Stand zu bringen, ſondern auch die intereſſirten benachbarten und derienige „ Creis, in welchem der neue Zoll aufgerichtet, oder ein alter erhöhet, pro- „ rogiret oder perpetuirt werden will, darüber gehöret, deren darwider „ habende Beſchwerden gebührend erwogen werden ſollen." — Hierüber ſehe man die mit Noten im J. 1725 im Druck herausgegebene Wahl-Capitulation Kaiſers Karl des VI.

## §. V.

### *Diviſio vectigalium in primaria et ſubſidiaria ſeu ſecundaria.*

Poſteaquam in hac Sectione oſtendi, quid vectigal ſit, et cui competat ius, eiusmodi vectigalia exigendi, reliquum eſt, vt ante, quam ad Sectionem III. progrediar, oſtendam, cuius generis loca ſint, vbi vectigal eiusmodi exigitur. Prout illa aut ad viam primariam aut ad ſecundariam ſita ſunt, ſunt aut ſtationes pendendi vectigalis primarii, aut ſecundarii ſeu ſic dicti vectigalis ſubſidiarii, de quo in ſubſequenti ſectione agam.

---

# SECTIO III.

## *DE VECTIGALIBVS SVBSIDIARIIS, ET IVRE, ILLA INSTITVENDI.*

### §. I.

### *Quid ſit vectigal ſubſidiarium?*

Vectigal ſubſidiarium eſt, quod exigitur in telonio ad viam extraordinariam a domino territoriali eum in finem conſtituto, ut praecaueantur fraudationes nautarum et aurigarum, qui diuerticula quaerentes telonium primarium ſtudent defraudare (*a*).

(*a*) Cum hac definitione conſentit Hopfgarten in Diſſ. de iure vectigalium in S. I. R. Sect. II. §. XXVIII. pag. m. 73.

Moſer von der Landeshoheit in Steuerſachen XV. Cap. XXXIX. §. ſagt, „daß die Wehrzölle von zweyerley Gattungen ſeyen, „erſtens ein ſolcher, wo die Zollabgabe, welche an der „Hauptzollſtätte nicht entrichtet, gegeben werden müſſe: „zweytens ein ſolcher, wo blos durch ein Zeichen beſcheiniget werde, daß der Zoll an der Hauptzollſtätte entrichtet worden ſey.“ Verum quum in ſtatione vectigalis ſubſidiarii ſecundi generis nulla praeſtetur ſolutio, eiusmodi quoque vectigalis ſubſidiarii inſtitutio in controverſiam vocari minime poteſt. Quare et hoc ſubſidiarii vectigalis genus ſilentio praeteribimus, et de primo tantum genere poſthac diſſeremus.

## §. II.

### *Hiſtoria vectigalium ſubſidiariorum. (A) Ortus.*

Tum immodica Imperatorum in concedendis vectigalium privilegiis liberalitas, tum etiam ita dicti iuris manuarii aeuo vſurpata poteſtas, telonia auctoritate propria et priuata inſtituendi, erat cauſa, cur Germania maxime damnoſis mercaturae vectigalibus praegravaretur. Viſurgis et Rhenus (*a*) prae omnibus Germaniae fluminibus teloniis frequentiſſimis erant onerati. Siquidem in decurſu Viſurgis per tractum viginti ſeptem milliarium viginti ſex telonia, et ad ripam Rheni tam frequentia occurrunt, ut in merces plauſtris deportandas pares fere ſumtus fiant. Vnde etiam nautae mercatoresque paullatim coeperunt merces ſuas Rheno devectas circa Bingium e nauibus in plauſtra transferre, illasque partim per tractum Hunnorum ad Moſellam, partim etiam per tractum montanum vulgo Heinrich dictum pervehere, quo facto vectigalia Statuum Imperii germanici, praecipue vero Principum Electorum ad Rhenum deteriora fiebant.

(*a*) Quantum ad Viſurgim, Limnaevs ad Capitulationem Caroli V. Art. XVIII. pag. 237. teſtatur, in eius curſu ad viginti ſeptem milliaria viginti ſex diverſa vectigalia exigi, *et ibidem ſcribit: „ Habet Germania maria, habet flumina plurima nauigabilia, vbique tamen vectigalibus maxime onerata. Inter flumina primas tenet Rhenus, tenet „ itidem quoque primas, onera vectigalium ſi computemus.*

## §. III.

Haec inſignis vectigalium diminutio tribus rhenanis Principibus Electoribus Palatino, Moguntino, et Treuirenſi occaſionem

praebuit, A. 1408 inter ſe faciendi pactionem (*a*) de nouis teloniis in hisce locis inſtituendis et de exigendo ibi a transeuntibus tantumdem vectigalis, quantum ab iis de via ordinaria deflectentibus fraudatum vectigal in ſtationibus Ehrenfels, Bacharach, Kaub, Boppart, Lahnſtein, Kapellen confeciſſet, haec recens inſtituta vectigalia vocabant ſubſidiaria (*b*).

(*a*) Michael Ignaz Schmidt Geſchichte der Deutſchen IV. Theil. VII. Buch, XXXVIII. Kap. pag. m. 453.

Häberlin Reichsgeſchichte VIII. Th. VII. Periode, II. Abſchnitt, S. 459.

Fiſcher Geſchichte des deutſchen Handels. II. Th. Num. 40. S. 441.

Hontheim Hiſtoria Trevirenſis diplomatica Tom. II. pag. 319. Seculo XV. §. III. et ſeqq.

(*b*) Non ſuperfluum, opinor, erit, ipſam conventionem oculis lectoris hic ſubiicere, quam praelaudatus auctor exhibet pag. 350. num. 778.

„ Uff Donnerſtag Sant Andreas abent anno Domini milleſimo qua-
„ tringenteſimo octavo ſynen unſere gnädige Herrn des Römiſchen
„ Künigs, (Ruperti Comitis Palatini Rheni) unſers Herr von Mentze,
„ und unſers Herrn von Triere ræde und freunde mæcht zu Bacharache
„ by einander, und han gerætſchlacht und einmüdeelich überkommen,
„ als von der über ſerte wegen: als daſz Kauffleuthe gewonheit hal-
„ ten mit wynen und anderen Kauffmanſchafften über den Hundes-
„ rucke zu der Muſelen zu zu fahren, das unſeren Herrn obgenant
„ an iren Zollen uff dem Ryne zum groſen Unſcaden und Schaden
„ kommen iſt, daſz dieſelben unſere herrn, igliche eynen Knecht
„ ſynden und haben ſullent zu Dryſz, uff Lutzel, Covelentz, oder
„ wo in das allergelegeligt iſt uff der Moſzelen; darumb ob Sache
„ were, daſz jemand, oder wer der were nu vur baſze me uber den
„ Hundesrucke zu der Moſzelen zu mit wynen oder anderen Kauff-
„ manſchafften fure, von den ſulden die obgenante Dynere iglicher
„ daſzel-

„ daſzelbis nemen, was ſynen herrn an ſynen nageſchribenen Zöllen
„ uff dem Ryne da angeboren ſolte, als ob ſie die den Ryne abgefür-
„ ter hetten, mit namen zu Erenfels, Bacherache, Cube, Boparten,
„ Laenſtein und zu Capellen. Glicher wiſe abe geſchehe, daſz ymands,
„ wer der wyne uber dem Ryne über den Heynrich füren wulte zu
„ der Laen zu da ſulte man beſtellen und nemen, wo das allergelege-
„ lichs were in derſelben Maeſzen. Vort mee als unſer herre von
„ Trier ſynen zolle uff der Moſelen zu Covelentz funff jair beſchri-
„ ben, hait Wolter zu der glochen zu Collen, und Johan Salen von
„ Covelentz, der eyn jair, me oder mynner one geverde, wie das
„ dan iſt, vergangen iſt, davon iſt beret: diewyle eo yn an denſelben
„ zœlle zu Covelentz zu ſchaden kombt, daſz unſer, der Küni igli-
„ cher der vorgenanten vier jaire, oder wo ie dan das iſt, nach
„ matzale in der maſzen als vur begriffen iſt, in zur ſture geben
„ ſull hundert gulden, und unſer herre von Trier zweyhundert Gul-
„ den, und wann die obgemelte jairzale der verſchreibunge uſz ſynt,
„ ſo ſollen die obgenante herrn auch keine gelt me geben, und doch
„ den zolle vor baſz beſtellen und nemen in vurgeſchribener maſzen,
„ und hierüber ſullent die obgenante herrn iglicher dem anderen ſy-
„ nen beſiegelten Brieff geben, auch ſullent die obgenante dry herrn
„ die vurgeſchribene dry Zollknecht und zolle jeclicher in ſynem
„ Lande handhaben, ſchuren, und ſchirmen, wanne daſz noit iſt, one
„ geverde. Datum ut ſupra.

## §. IV.

Hocce trium Principum Electornm ad Rhenum exemplum progrediente tempore ſinguli quoque Status Imperii germanici, quibus vectigalium ius competebat, ſecuti fuerunt, et Germania multo maiori vectigalium ſubſidiariorum, quam primariorum, multitudine obruebatur, quae variis demum quoque controverſiis materiam ſuppeditarunt.

§. V.

## §. V.

(B) Controuerſiae de vectigalibus ſubſidiariis. Primae quantum ego quidem ſcio, ſuper vectigalibus ſubſidiariis ortae controuerſiae occaſionem praebuit Domus Marchionum Brandenburgico-Culmbacenſium, quae iam ineunte ſeculo ſuperiore variis in viis noua vectigalia ſub nomine vectigalium ſubſidiariorum inſtituiſſe, nonnulla quoque vetera vectigalia intendiſſe dicitur. Adverſus conatum hunc Domus Principum Electorum Bavariae A. 1667 a Conſilio imperiali aulico petiit Mand. S. C. de tollendo nouo contra iura conſuetudinesque Imperii conſtituto, nec non aucto veteri vectigali deponendo reſtituendoque, quod et 29 Martii eiusdem anni impetrauit; ſequente A. 1668 Marchio Brandenburgico-Culmbacenſis exceptiones ſuas exhibuit, in quibus actionem a Principe Electore Bauariae inſtituram conatus eſt elidere tum priuilegio ab Imperatore Friderico IV. *(a)* Domui Brandenburgicae conceſſo, tum obtentu, praetenſa noua vectigalia tantum pro ſubſidiariis ad primaria referendis habenda eſſe *(b)*. Tum Princeps Elector Bavariae 7 Februarii A. 1669 replicauit, praedictum priuilegium interpretationem in praeiudicium tertii non recipere poſſe, et quantum ſic dicta vectigalia ſubſidiaria concerneret, illa tantum permitti, quatenus non nouiter et auctoritate propria eſſent intenſa *(c)*. Dein ab vtraque parte ſcripta vlteriora fuerunt exhibita, et Conſilium imperiale aulicum die 30 Auguſti A. 1676 cauſam decidit lata ſententia, edito contra Marchionem Brandenburgicum de tollendis nouis vectigalibus eorumque intenſione mandato prorſus acquieſcendum eſſe. Adverſus hanc ſententiam Marchio Brandenburgicus die 11 Iunii 1677 petiit reſtitutionem in integrum, quae autem

autem denegata, idem die 2 Septembris remedium ſupplicationis implorauit, hac imploratione itidem repulſa iniunctum eſt ei, vt doceret, ſententiae paritoriae ſatisfactum fuiſſe.

Die 20 Nouembris 1679 Marchio Brandenburgicus factam paritionem ſcripto ſignificauit, auctum nempe vectigal ad moderationem prorſus tolerabilem re ipſa reductum, praetenſa vero vectigalia noua tantum eſſe ſubſidiaria, ut defraudationibus occurratur. Princeps Elector Bauariae contra in ſcripto die 21 Martii 1680 vlterius exhibito ſimpliciter inhaeſit aſſertioni ſuae, nulla illis in locis antehac penſa fuiſſe vectigalia, proinde haec telonia ſecundum leges Imperii et concluſum Conſilii imperialis aulici eſſe tollenda.

(*a*) Allegatum priuilegium, Domui Brandenburgicae A. 1456 conceſſum, his verbis conceptum eſt: „ daß Sie und ihre Erben in ihren Landen, wo „ ſie die itzt haben, oder hinführo überkommen, ihre Zolle, die ſie jetzo daſelbſt „ haben, nach ihrem Gefallen erhöhen, die überlegen, und auch in denſelben „ ihren Landen, wo, wann und wie ſie das Verluſt, Zölle von neuem auffetzen, „ und auch auf Wein, Bier und anderes, das man in ihren gebrauchet, und „ durch ihre Lande führet, Auflagen nach ihrem Gefallen machen und nehmen „ mögen.

Verum ex teſtimonio Cl. da FRANKENBERG (aut ZECH) im Europäiſchen Herold I. Th. III. Haupth. IV. Hauptſt. II. Tit. II. Abſchnitt. IV. Punct. apparet, contra priuilegium iſtud vectigalium, cum renouationem eius caeſaream ab Imperatore Leopoldo Domus electoralis Brandenburgica peteret, in primis Principes Electores Palatinum, et Brunſuico-Luneburgenſem graves rationes propoſuiſſe. Aſt haec, quin me in diſcuſſionem priuilegii huius Domui electorali Brandenburgicae conceſſi interponam, illudue in dubium vocare auſim, per modum hiſtoriae commemoro.

(*b*) Huc

(b) Huc pertinens locus exceptionum ſequentis eſt tenoris: „ dann ein=
„ mahl gewiß, daß zum öfftern die Hauptzölle durchgeſucht. Nebenwege von
„ pfälziſchen Unterthanen vielmahls verfahren= und alſo zum merklichen Abbruch
„ bey vielen Jahren nicht berühret worden, daher nicht unbillig mein Herr
„ Großvater gegen ſolche Verbrecher zwiſchen den 2 ordinairen Zollſtätten
„ Plech und Neuenſtadt an Culm zween Wehrzölle Neudorf und Brunn glei=
„ chergeſtalt als der ordinaire Zoll zu Wunſiedel ebenfalls verführet, den drit=
„ ten Wehrzoll zu Schönbrunn anlegen müßen, welche im Heil. Röm. Reich
„ auch allerdings zuläßig und unverboten, weil dadurch die Zollſtätten an ihrer
„ Anzahl keineswegs vermehret, ſondern nur der Unterſchleif des gebräuchlichen
„ Zolls verhütet wird, da die durchreiſenden, was ſie an einem Ort entrich=
„ tet, auf Vorweiſung ihrer Zollzettel an allen andern Orten durch das ganze
„ Land befreyet ſind.

(c) Quantum praetenſa a Marchione Brandenburgico vectigalia ſubſidiaria
ſpeciatim concernit, Princeps Elector Bauariae his terminis reſpondit:
„ Sonſten iſt zwar nicht ohne, daß ein rechtmäßiger Inhaber aus redlich er=
„ hebenden Urſachen ſeine Mauthen, Zölle und Aufſchläge ſonderlich der ein=
„ ſchleichenden Abwege halber von einem ans andere Ort verlegen mag; man iſt
„ aber auch diesfalls mit in denen nudis et de iure licitis vectigalium ſeu
„ teloniorum de loco ad locum, ſuadente occaſione et neceſſitate, bo-
„ naque fide transferendorum, ſondern in dieſen ganz anderweiten beſchwer=
„ lichen terminis begriffen; daß Se. des Herrn Marggrafen fürſtl. Durchl.
„ oder ihr Herr Großvater einige ganz neue, und vor dem ſchwediſchen Kriege
„ in uſu gar niemahls oder doch aufs wenigſte nicht ſo hoch geweſte
„ Mauth, Zölle, und Aufſchlag an den benahmſten verſchiedenen Orten propria
„ auctoritate, ohne Euer Kaiſerl. Majeſtät und des Heil. Römiſchen Reichs
„ Herren Kurfürſten allergnädigſten Conſens und Einwilligung neuerlich ange=
„ ſetzet und geſteigert haben, welches denen gemeinen Rechten, Reichs=Conſti-
„ tutionibus, und dem Münſteriſchen Friedensſchluß §. Et quia publice
„ intereſt (IX) nochmahlen allerdings zuwider, derentwegen dann nicht allein
„ pro executione poenalis mandati, ſondern auch pro ipſa declaratione
„ poenae inſertae et arctiori hiemit wiederholt allerunterthänigſt gebethen wird.

§. VI.

## §. VI.

Pariter Sereniſſima Domus Marchionum Brandenburgica tamquam Burggrauius Norimbergenſis liti cum libera Imperii ciuitate Norimbergenſi de vectigali ſubſidiario fuit implicita. Nimirum dicta Domus Marchionum A. 1669 nouam vectigalis ſubſidiarii ſtationem in Brand conſtituit, cumque, illam per vias obliquas perinde declinantibus aurigis et mercatoribus, vectigalium fraudationibus non ſatis occurreretur, A. 1696 nouam vectigalis ſubſidiarii ſtationem inter vicos Groſs-Geſcheid et Eſchenau itidem excitauit, et in erecto ibi trunco vectigalium diſertim annotatum erat, ibi demum vectigal eſſe pendendum, ſi in telonio in oppido Brand penſum non fuiſſet, ſchedulae penſi vectigalis teſtes etiam ſingulae ſub nomine telonii in oppido Brand erant expeditae. Vix erectam hanc nouam vectigalis ſubſidiarii ſtationem libera Imperii civitas Norimbergenſis auctoritate propria demoliri auſa eſt (*a*), ſed Marchio Brandeburgicus eam die poſtero reſtituit.

(*a*) Hoc factum ipſimet Norimbergenſes in exhibito Camerae Imperiali libello ſupplicae pro mandato fuere confeſſi.

## §. VII.

Hoc Marchionis Brandenburgici facto irritata ciuitas Norimbergenſis caeſareo Camerae imperialis iudicio ſupplicauit pro mandato caſſatorio, inhibitorio et reſtitutorio S. C., et actionem ſuam in eo potiſſimum fundauit, quod hocce factum fundamentalibus Imperii legibus, adquiſitis iuſto titulo priuilegiis, pactisque



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-692711-p0043-7

